Vstrzieczki Roborat. Recognonem Kowieskiemu

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanatus Premisliensis Generosus Andreas Vstrzyecki de unione mente corporeque sanus existens a Terris Dictis Juribus Jurisdictionibus quibusdam propriis et competentibus recedendo huic autem Jurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet secum successoribus bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiciendo palam libere pulce recognovit. Quia se ac suos successores et super omnibus generaliter bonis suis et summis pecuniis quibusdam habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus in manus Generosi Alexandri Kowieski Wlodek et illius successorum Intercessam seu Recognitionem manualem certam manu sua Recognoscens propria subscriptione et sigillo suo munita de Acta et Data Hodie Premisliae rationem quarumcunque rerum et Condonum conscriptis in omnibus eiusdem Intercessionis seu Recognitionis Condonibus punctis clausulis articulis firmiter tenere complere exequi ac quod tam in toto quam in quavis minima parte tot quot opus fuerit satisfacere sub vadio summae Mille Florenorum polonicalium obnoncomplectionis praemissorum per ipsum Recognoscentem Vstrzyecki successoribus illius ac Kowieski eiusque Domini ad solvendum succumbens praeterea Item Recognoscens Vstrzyecki secum successoribus omnibusque bonis suis ac Kowieski successoribus illius inscribit et obligat praesentibus Insuper hanc Roboratoriam ex his Actis praesentibus Castrensibus ad Acta Trinitatis Premisliensis per obtinendam debitae firmitatis robore ante decursum anni praesentis transferre

et transportare circa quod Transportandum Generosam Annam Kowieska Consortem suam ad approbandum praesentem similemque interesse illius faciendum Insuper Roboratoriam statuere idque sub vadio speciali similis summae Mille Florenorum polonicalium in defectu Complectionis praemissorum per eundem Recognoscentem successoribus illius ac Kowieska et illius Domini ad solvendum succumbens Pro quoquidem vadio vel vadiis citatus existens Memoratus Recognoscens Generosus Andreas Vstrzyecki vel illius successores ad Instantiam praedicti Generosi Alexandri Kowieski aut eius Dominorum ad Officium seu Judicium quodcunque Regni extunc recessu supersedendo mediante Coram officio seu Judicio ad quodcunque citatus stare Juri parere respondere per vadiis praefatis ac reipsa principali per qua citatione satisfacere debebit ac tenebitur seque ac suos successores Inscribit et obligat praesentibus eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate per maiori minorenitate successorum Legonis intra de Lexta Reg. Servicio militari ad evictorum vel aliis quibusdam legalibus impedimentis et dilationibus non differendo et quietorum ultra praxim Terminorum officio vel Judicio praefati ad quod citatio dilationis sibi non recipiendo nullasque moneri appellationes ac eadem per sequentem faciendo praemissa quoque penis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus Statutis Juris praesentibus Trinitatis bello conventionibus et aliis quibusdam Juris remediis et defensionibus non subterfugiendo hac sua praesenti recognitione ad praemissa mediante.

Actum in Castro Premisliensi Feria Quarta post Dominicam